




A B Longitudo centum cubitorum. F G H I Quatuor deambulatoria, siue potius quatuor ordines columnarum cedrinarum, in inferiori parte domus, numero sexaginta.
 A C Latitudo L. cubitorum.
 D E Altitudo XXX. cubitorum. K L M Tres ordines columnarum in superiori parte, numero XLV.
 N Porticus columnarum, siue Porticus domus columnarum, aut Porticus siue vestibulum domus saltus Libani, L. cubitorum longitudinis, & latitudinis XXX. Porticus hac obiecta & coniuncta fronti domus columnarum, habebat coniunctionem unam deambulationis causa: neque certo numero columnarum constabat, quamvis illi sex adiecerimus in utroque schemate quod fecimus, ut intelligas, eam quoque suum columnarum numerum habuisse, incertum tamen, quod illum scriptura non exprimat.

SECUNDVM SCHEMA DOMVS SALTVS LIBANI, IN QVO ET ALTERVM PARIETEM REGIÆ IPSIVS,
 & alteros fenestrarum superioris mansionis terminos, tibi expressimus. Erant enim in utroque latere superioris mansionis regie huius rustice, multiplices fenestrarum terniones.

